Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



275

& spera in eum & ipse faciet, quid faciet, Et educet sicut lumen iustitiam
tuam, modo enim abscondita est iustitia tua. in fide. res est. nondum uides
quod credis. cum autem coeperis uidere quod credendo dedisti. educatur in lu
men iustitia tua quia iustitia tua erat. fides tua, Iustus enim ex fide uiuit, & educet uelut lumen iustitiam tuam. & iudicium tuum sicut me
ridiem, hoc est. clarum lumen parum erat dicere. ut lumen, Lumen
enim iam dicimus & cum albescit lumen dicimus. & cum solorietur. sed
num quam est. clarior lux quam medio die. Non solum ergo ut lumen
educet iustitiam tuam. sed erit iudicium tuum tamquam meridies,
Modo enim iudas sequitur pm hoc proposuisti. hoc elegisti, hoc est. iudicium
tuum. Nemo tibi ostendit quod promisit, promissorem adhuc tenes.
exhibitorem autem expectas, In iudicio ergo fidei tuae elegisti. in
sequi quod non uides. in abscondito est. iudicium tuum ad huc re um
prehenditur. & inridetur a b infidelib;, quid credidisti. quid re.
tibi xps promisit. quia in mortali seris. & dabit tibi uitam aeternam, c.
Ubi est hoc. quando dabit. quando fieri potest. iudica fatamentum magis
sequitur pm promittentem quod non uides. quam impium reprehendentem. credidisse te quod non uides; & hoc est. iudicium tuum.
& quale sit iudicium tuum ad huc non apparet, In isto saeculo qua
si nox est, Quando ergo. educet iudicium tuum uelut meridiem;
Cum xps apparuerit uita uestra. tunc & uos cum ipso apparebitis
in gloria, Cum uenerit dies iudicii. & uenerit xps & congreganerit. omnes gentes iudicandas. quid erit tunc, impius ubi ab
scondit per fidem suam. cum uidero fidem meam, Ergo modo quid
angustiae. & tribulationes. & temptationes; & beatus qui per
durat. quia qui perseuerauerit usq: in finem. hic saluus erit,
Necedat insultatoribus; Neeligat hic florere & ex arbore saenum
fiat, Quid iniquitur debeo. quid debis. audi; Subditus esto domino
& obsecutum, hoc sit uita tua. obedire praecepta eius, hoc est.
enim subditum illi. ee. & obsecutum. donec det quod promisit,
Perseuere. bonum opus. perseuere & noli. opus enim semper
operare. & non deficere, In quo appares subditus faciendo quod
iubet. sed mercedem nondum accipis. forte quia capere non dum po
tes, Iam enim ille potest dare. sed tu non potes accipere, Exercere operib; labore munera finit hodie pace mercedem fideli. est.